



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Ægidius de Abreu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Patientia.*

robur, & dulcissimæ in tot periculis ac rebus asperrimis è cælo voluptates. Aiebat; quòd *velle ærumnis carere sit idem ac velle Christo tergum obuertere, atque illum solum sub Cruce relinquere.* Finem ærumnarum reperit in morte, quam illi Tepeguani odio fidei, quæ latius se porrigebat, accensi intulêre. Cùm cæderetur humi abiectus, rogabat; *eccur occideretur.* Respondêre barbari: Satis superque esse causæ ad cædem *quòd Sacerdos Christianus esset.* Ita illi clauâ contractum caput, cerebrumque dispersum est.

*Fides.**P. Ægidius de Abren.*

*Iustinus.  
Iacatra.  
incerto  
mense.  
1622.*

In India orientis, cùm in Iaponiam proficisceretur, ab hæreticis Batavis tentus, biennio in carcere salutari-

ter

ter instruxit Catholicos ibi-  
dem vinctos, & expiavit,  
atque in fide firmavit; ne il-  
lam sub hæretico iugo spe-  
rante metu industi desererent.  
Eapropter ab hæreticis con-  
tumelijs, inediâ, & vario  
crudelitatis inhumanæ inge-  
nio cruciatus, cognomen-  
tum apud illos habebat fe-  
rè *diaboli, & Papiste*. De-  
mum plagis quoque adie-  
ctis confectus, victor animam  
edidit.

*Fidos.*

*P. Ludovicus Alvarez.*

Concionator tantus fuit,  
vt summus Pontifex Prepo-  
sito Generali dixerit; se au-  
ditiōe accepisse, esse in  
Lusitania Ecclesiastæ cuius-  
dam de Societate facundiam  
tam sanctam, nomenque  
tam inclytum, vt *Paulus* au-  
diat à dicendi vi singulari.

*Lusitanus,  
Auisij.  
25. Nov.  
1590.*

*Conciones.*

Q 5 Pe.